

V

<QUOD IN HUMANIS ACTIBUS NON ESSET ACTUS MALUS,
PROPTER QUAM MALITIAM ACTUS ILLE DEBERET
PROHIBERI VEL ALIQUIS EX EO PUNIRI>

Quinto proponebatur quod in humanis actibus non esset actus malus,
L, f. 82^{rb} propter quam ma- | litiam actus ille deberet prohiberi vel aliquis ex eo 5
puniri. Et hoc sic arguitur.

Nullus actus eveniens secundum ordinem prudentis provisoris
puniri debet vel prohiberi, praecipue punitione ordinata per eundem
prudentem provisorum. Sed actus humani, etiam mali, proveniunt ex
ordine Primi Provisoris prudentissimi. Quare videtur quod non debet 10
P. f. 108^{rb} aliquis illorum prohiberi, nec pro eorum aliquo aliquis puniri, | et hoc
praecipue punitione ordinata per ipsum Primum Provisorum.

Praeterea, actus qui non est malus ad totum aspiciendo, prohiberi
non debet: sicut actus aliquis in civitate, etsi sit malus panificis, ex
M, f. 29^{ra} quo tamen referendo | ad totam civitatem non est malus, non prohi- 15
betur, nec aliquis ex eo recte punitur. Sed quilibet humanorum actuum
ad totum referendo bonitatem habet, quamquam alicui vel aliquibus
posset esse malus. Propter nullum ergo actum humanum debet homo
puniri.

Praeterea, si actus humani omnes sunt ordinati a Primo Provisorum, 20
tunc videtur quod nulli illorum punitionem ordinet; aut, si punitio
quorundam actuum humanorum ab eo sit ordinata, tunc videntur
illi actus non ex eius ordine processisse.

Praeterea, homo in his quae necessario vult et necessario facit puniri
non debet, nec in his utilis punitio seu prohibitio. Sed quaecumque vult 25
homo et facit, necessario vult et facit, quia nullus effectus evenit nisi
a causa, respectu cuius suum esse necessarium est, sicut et dicit

1/3 Quod ... puniri] *suppl.*; quaestio quinta impossibilis L; impossibile *add. in marg.* M
7 actus] *om.* L 9 Sed] omnes *add.* M 9/10 ex ordine] secundum ordinem M
10 Quare] non *add.* LM, *sed exp.* L 12 ipsum] LM; *om.* P, BAEUMKER et MANDONNET
14 actus] *in marg. al. man.* M malus] in aliis (*seu in alus*) M ex] et L 15 re-
ferendo] tamen *add.* L 16 recte] LM; ratione P, BAEUMKER et MANDONNET
17 totum] totam L 18 malus] in aliis *scr.* M *sed corr. in marg.* nullum ergo] *inv.* LM
humanum] *om.* M 21 illorum] eorum LM punitionem] provisorum *scr.* M *sed al.*
man. corr. in marg. 22 videntur] videtur L 23 eius ordine] *inv.* L 25 seu]
nec M 26 necessario vult et facit] vult et facit necessario M 27 et] *om.* L

AVICENNA. Causa enim ex qua res potest esse et non esse, non determinat
rem ad esse. Quare videtur quod homo pro nullo actu quem faciat, vel
30 voluntate | quam habeat, debeat puniri, nec eidem illius prohibitio L, f. 82^{va}
fieri.

Solutio. In actibus humanis sunt actus qui simpliciter sunt mali
naturae humanae speciei et debent prohiberi, et homines etiam pro
illis puniri; et punitionem etiam habent ordinatam a Primo Provisorum,
35 cum secundum ordinem Primi Provisoris sit quod legislatores malos
puniant.

Et ad horum intellectum primo sciendum quod actus humanus
dicitur malus, qui fit extra rectam rationem, sicut et bonus, qui fit
secundum ordinem rectae rationis.

40 Et secundo sciendum quod actus malus humanus reducitur in ordi-
nem Causae primae sicut in suam causam, non ita tamen quod defectus
qui est in illo actu per defectum qui sit in Prima Causa contingat. Sed
cum deficiat ratio in actu humano, ita quod per eius defectum defectus
in actu contingat, aliquid accidens et ei occurrens sua actione facit
45 eam deficere. Agens autem illud et eius actio, quod rationem deficere
facit, in ordinem Causae primae reducitur sicut in suam causam. Et
hoc in exemplo potest patere. Delectabile enim obviens sua actione in
sensus rationem facit deficere; natura autem illius delectabilis et eius
actio in ordinem Causae primae reducitur, non tantum ipsum in se,
50 sed occursus eius ad rationem.

Tertio sciendum quod rectae rationis humanae est ordinare actiones
humanas in bonum humanum. Bona enim et perfectiones aliorum
entium naturalium non subiacent actionibus humanis. Propter quod
non rectae rationis est ordinare de bono aliorum, nisi pro quanto
55 agibile est ab homine illud bonum et venit in usum hominis et ad bonum
humanum ordinatur. Et ideo iudicatur in humanis actibus | actus malus L, f. 82^{va}
non referendo nec attendendo ad totum universum, sed ad | ipsam P, f. 108^{va}

29 quod] *om.* L 30 voluntate] voluntatem M puniri] est *add.* M eidem] idem M
33 naturae humanae speciei] humanae speciei naturae M etiam] *om.* L 34 etiam]
om. L 35 sit] sic L quod] *om.* L legislatores] M; leglatores P; legitatores L; legum-
latores seu legislatores *prop.* BAEUMKER; legumlatores *leg.* MANDONNET 38 rectam
rationem] *inv.* L 41 defectus] effectus BAEUMKER 42 sit] fit L 45 et eius actio]
in marg. al. man. M 46 facit] facere L 47 Delectabile] delecta M obviens] in
add. L 48 illius] alius L 50 sed] et *add.* M 52 perfectiones] eorum *add.* et
del. L 54 non] nec L quanto] n *add.* et *del.* M 55 usum] bonum L

hominum communitatem, ita quod frequenter fit malum in actibus humanis cum bono et perfectione in agendo quorundam aliorum agentium quae rationem in actu suo deficere faciunt.

Quarto sciendum quod ad rectam rationem humanam pertinet ordinare punitionem actibus humanis malis. Cum enim recta ratio tendat ad hoc quod actiones humanae sic fiant quod homines bene vivant, punitio autem quorundam actuum humanorum in hoc ordinem habet, hinc est quod rectae rationis humanae est punitionem actibus humanis malis ordinare.

Quinto sciendum est quod simul stant quod actus mali ordinati sunt a Primo Provisore, non tamen contingentes per eius defectum, sed propter defectum rationis et voluntatis, et nihilominus tamen punitio illorum a Primo Principio est ordinata. Cuius ratio est quia Primum Principium ordinat et bonum humanum et bonum et actiones etiam eorum quae rationem deficere faciunt; et unde ordinat ea et actiones eorum quae sua actione et sic suo bono rationem deficere faciunt, quodam modo ordinat actus humanos malos, qui rationem tamen defectus habent proprie secundum quod referuntur in agens proximum, non in Agens primum. In specie enim actionis Agentis primi, secundum quod actio eius est, nullus cadit defectus. Secundum vero quod Primum etiam intendit bonum humanum, et non tantum bonum aliorum, punitio autem humanorum actuum malorum ordinem habet in bonum humanum, hinc est quod punitiones, quibus legislatores malos puniunt, ex ordine Primi contingunt. Legislatores autem in civitate, solum bonum humanum intendens, actum eundem non punit et ordinat, sed quem ordinat non punit, et quem punit non ordinat. Aliter autem est de Primo Provisore, eo quod sub eius ordine cadit et bonum humanum et bonum aliorum, sicut dictum est. Cuius simile in naturalibus dari potest, quod, quia Primum Principium ordinat non tantum quod fiat

59 perfectione] o *add. et exp. M* quorundam] ex actione *M* 62 punitionem] in *add. L* 63 actiones] rationes *L* 64 ordinem] ordine *M* 65 punitionem] in *add. L* 69 et] *om. M* 70 est ordinata] *inv. L* Primum] iter. *M* 71/72 etiam eorum] *inv. L* 72 unde] nun *L*; unum *scr. M*, sed *corr. in marg.* 74 rationem tamen] *inv. M* 75 referuntur] referuntur *L* (en toutes lettres) proximum] proprium *praem. sed exp. M* 76 actionis] *sup. lin. L* 77 quod] *om. L* actio eius] *inv. M* est] cadit *add. et del. L* 77/78 quod Primum etiam intendit] quod primum intendit etiam *L*; etiam quod primum intendit *M* 79 autem] aliorum *add. L* 80 et 81 legislatores] legumatores *BAEUMKER et MANDONNET* 80 malos puniunt] *inv. L* 81 Primi] provisoris *add. L* contingunt] sunt *L* autem] *om. L* 83 quem] qui *L* 84 sub] *om. M* ordine] non *add. M* 86 tantum] solum *M* fiat] *ca^{dt} add. et del. P*

calidum, sed etiam quod fiat frigidum, non fit autem calidum nisi corruptione frigidi, nec frigidum nisi corruptione calidi, hinc est quod Primum Principium ordinat quod fiat calidum | et corrumpatur *M*, f. 29^{rb} frigidum, et e contrario. Sic etiam et ordinat quod fiant actus humani mali, et quod non fiant, sed punitione corrumpantur. Sub eius enim ordine multi cadunt ordines contrarii.

Per hoc soluta est tertia ratio.

Et ad primam etiam solutio patet per idem, quia actus ordinatus a prudente provisorio, qui tantum ordinat bonum humanum, sicut legislator, puniri non debet, secundum quod visum est. Actus tamen contingens ex ordine Provisoris non tantum intendit bonum humanum, sed etiam bonum aliorum, quae aliquando sua actione rationem deficere faciunt, punitionem bene potest habere ordinatam secundum rectam rationem et humanam et divinam.

Ad secundam dicendum quod ratio malitiae in actu humano et ratio punitionis non | considerantur attendendo ad totum genus entis, *P*, f. 108^{vb} sed ad genus humanum. Et quia sunt actus humani qui, etsi fiant cum bono quorundam entium, redundant tamen in malum commune civitatis vel regni, hinc est quod sunt mali simpliciter humana malitia et prohibendi et puniendi.

Ad quartam dicendum quod necessarium potest intelligi ad praesens tripliciter. Uno modo sicut est necessarium coactionis; et tale necessarium non potest cadere in voluntate, quia voluntas in volendo cogi non potest. Quidquid enim vult, apta vult, et non contra eius impetum; necessarium vero coactionis cadens in actione hominis puniri non debet: non enim puniendus est aliquis nisi pro eo quod facit; quod autem quis coactus facit, facere non videtur, eo quod voluntate non facit. Punitur enim ne iterum illud velit et faciat; nunc autem illud volens non faciebat, et in ipso etiam non est ut eundem actum alias

87 frigidum] *ffm M* 87-88 non fit ... corruptione calidi] non fit aliter frigidum nisi corruptione calidi nec e contrario *L* 90 et] *om. LM* 91 et quod] et *L*; *sup. lin. al. man. M* Sub] in *L* enim] in *marg. M*, *al. man.* 92 ordine] ordinatione *scr. L sed corr.* 94 etiam solutio] eius (?) solutionem *M* patet] *om. M* idem] eadem *L* 95 prudente provisorio] *inv. L* bonum] et malum *add. sed del. L* 96 legislator] legumator *BAEUMKER et MANDONNET* non debet ... visum est] secundum quod visum est non debet *L*; non debet sicut visum est *M* Actus] actu *L* 98 actione] et perfectione *add. M* 1 malitiae] mali *L* 2 non considerantur] non attenduntur vel *praem. M* 4 redundant] redundat *fors. scr. M* 5 humana malitia] *inv. L* 5/6 et prohibendi] in *marg. al. man. M* 10 impetum] impetunt (*seu impedimentum*) *L* 11 necessarium vero] sed necessarium *L* coactionis] coactis *L* 14 enim ne] ne ne *M* illud] *om. L* 15 in ipso etiam] etiam in ipso *L*

sic faciat vel non faciat. Unde necessarium coactionis punitionem non habet. Secundo modo potest intelligi necessarium in voluntate et actione humana, si quis ex causa quae non potest impediri velit aliquid, et per consequens faciat. Et si tale necessarium esset in actibus humanis, non punirentur: punitio enim a recta ratione ordinatur sicut impedi-
 20 mentum causae ex qua causa homo aliquid voluit et per consequens fecit; quod si nostrae voluntates et actiones fierent ex causis non natis impediri, otiose legislatores punitiones ordinarent. Tertio modo est necessarium in actibus secundum quod effectus proveniens ex aliqua causa quae nata est impediri, a qua tamen existente in dispositione illa
 25 in qua effectus ab ea provenit et ipsa non impedita necesse est effectum evenire. Sic enim omnis effectus respectu suae causae est necessarius, ut vult AVICENNA, aut a sua causa non eveniret. Et hoc necessarium et secundo modo necessarium multum differunt. Comestio enim calidorum aliquando mortem inducit, et compositio viventis ex contrariis etiam
 30 mortem inducit. Sed una istarum causarum non nata est impediri, et ideo semper effectum inducit. Alia autem, quamquam non impedita ad actionem sit necessaria, non tamen semper, quando ponitur, effectus ponitur, pro eo quod aliquando recipit impedimentum. Et tale necessarium in actibus humanis non excludit punitionem,
 35 L. f. 83^{va} sicut etiam nec excludit alia impedimenta in aliis. Quamquam | enim ex aliqua causa aliquis velit aliquid et illud agat, et causa illa existens in dispositione illa, in qua causa effectus et non impedita, necessaria esset ad effectum, quia tamen in se non est necessaria, ne alias, ipsa posita, effectus ponatur, ordinantur contra eam impedimenta et
 40 persuasionum et punitionum. Unde dicentes quod omnia de necessitate a suis causis eveniant, propter hoc quod effectus respectu suae causae existentis in dispositione illa a qua effectus evenit necessarius sit ab ea, peccant. Dicitur enim effectus necessario evenire ex causa, non

16 vel non faciat] *om. L; in marg. al. man. M* 20/21 impedimentum] *impet L* 22 fecit] ne iterum fecit et faciat *add. M* nostrae] *inest scr. M sed al. man. corr. in marg.* 23 legislatores] *legislator M; legumlatores BAEUMKER et MANDONNET ordinarent]* ordinant *L* 24 actibus] *actionibus M* proveniens] *proveniunt M* 29 enim] *om. M* 30 mortem] et opō viventis ex contrariis inducit *add. M sed opō viventis exp. inducit]* inducunt *P; induxit L* 31 inducit] *induxit L* 34 pro] *om. L* 36 etiam] et *M* 37 ex] *om. L* 38 effectus] 262 *add. L in marg.* et] *est corr. BAEUMKER, immerito non]* nisi *L* impedita] ut *add. M* 39 ne] ut *fors. scr. M* 40 effectus ponatur] *inv. M* 41 Unde] ut *scr. M sed corr. in marg.* 41-42 de necessitate a suis causis] a suis causis de necessitate *L* 44 effectus] *om. L*

28 AVICENNA, *Metaph.*, tr. I. lib. II. c. 2, f. 5^{rb} (Venetiis 1495).

45 quia necessario ab ea evenit quando ab ea evenit, | sed quia semper ab ea evenit, ita quod quodcumque ponatur causa, ponatur et effectus. Quod si tu dicas: quodcumque ponitur causa a qua effectus evenit non impedita, semper effectus ab ea evenit, ita quod non tantum effectus necessario evenit a sua causa quando evenit, immo ab illa non
 50 impedita semper evenit, est dicendum ad hoc quod sine dubio, causa ut in pluribus, cum est sine accidente ad effectum, est necessaria; et quodcumque ponitur non impedita, ponitur effectus. Sed ex hoc non sequitur quod tales effectus a sua causa per se de necessitate eveniant, quia ipsa absentia impedimenti non est causa effectus per se, sed tantum
 55 sicut removens prohibens; et ideo, cum consideraveris illud quod fuit causa per se ad effectum, invenies effectum ex illo non semper evenire. Si vero omnes actiones humanae et voluntates fierent ab aliqua tali causa per se, quae necessaria esset ad effectum, ita quod non nata impediri, actus humani non haberent punitionem. Sed necessarium
 60 tertio modo in actibus humanis, quod est necessarium ex conditione, non removet punitionem in actibus humanis. Unde comestio aliquorum | calidorum, cum fuerit considerata ut non impedita, mortem *M, f. 29^{va}* necessario inducit; sed propter hunc modum necessitatis non omittit medicus quin | alias, aliquo comedente talia calida, medicamenta *L, f. 83^{vb}*
 65 apponat, apponens medicamenta non ut comestio talium calidorum non impedita mortem non inducat, sed ut ipsa comestio calidorum per se posita mortem non inducat, sed medicamentis impediatur. Sic et punitiones medicamenta in actibus humanis ipsis hominibus apponuntur, non ut causa ex qua volebant et agebant, considerata ut non impedita et ut in
 70 dispositione illa in qua erat causa effectus, ipsius causa non sit, — hoc enim esset otiosum —, sed ut ipsa causa per se ab effectu impediatur. Absentia enim impedimenti nihil facit ad hoc ut sit effectus, nisi tantum removendo aliquid quod prohiberet ab effectu illud quod est causa per se effectus.

45 evenit] *evenit L* 45/46 sed quia semper ab ea evenit] *om. L (hom.)* 46 quodcumque] *quod L* 47 tu] *iter. M* ponitur] *ponatur L* 49 non] *om. L* 50 est] et *P; e L; om. M* dicendum] *ab add. et del. L* 51 sine] *PLM; sive vel sine BAEUMKER, qui textum corruptum censet; in corr. MANDONNET* accidente] *dub.; act^e PL; accie^e M, sed al. man. corr. in marg. mee (?)*; actualitate *BAEUMKER et MANDONNET* 54 impedimenti] *impedita L* 56 invenies] *inveniens M* effectum²] *om. L* illo] *eo M* 57 Si vero] *sed si L* 60 actibus] *actionibus M* 62 cum fuerit] *iter. sed exp. M* ut non] *inv. L* 62/63 mortem necessario] *inv. L* 63 omittit] *obmittit LM* 64 aliquo] *alico L* 65 apponat] *om. L* apponens] *talia add. M* 66 se] *om. L* 67 sed] *in add. M* 68 medicamenta] *medietatum L* in] *ipsis add. L* actibus] *actionibus M* ut] *ex L* 70 in] *om. L* 71 esset] *est M* 72 Absentia] *essentia (?) praem. sed del. M* impedimenti] *impediti L*

Quod autem praedictum est quod actus mali ordinati sunt a Causa 75
prima, sane intelligatur. Non enim intelligimus quod ex defectu Causae
primae contingant, sicut prius dictum est. Nec etiam intendimus quod
actio quae est Primi Principii defectiva sit. Sed defectiva est actio huma-
na secundum quod ab homine procedit, per defectum voluntatis et
rationis, contingens non per defectum Primi Principii, sed magis 80
perfectione et universalitate suae actionis, qua causa est omnium,
etiam eorum quae rationem et voluntatem in agendo deficere faciunt.

VI

<QUOD CONTINGIT ALIQUID SIMUL ESSE ET NON ESSE,
ET CONTRADICTORIA DE SE INVICEM
VEL DE EODEM VERIFICARI>

Sexto ponebatur, quamvis illud primo fugiat intellectus sicut
impossibile, quod contingit aliquid simul esse et non esse, et contra- 5
dictoria de se invicem vel de eodem verificari. Et hoc arguitur sic.

Quod contingit opinari et non potest reprobari, illud verum est,
f. 110^{rb} quia omne falsum contingit reprobari, nisi sit falsum primo manifestum
in | sua falsitate, et tale non contingit opinari. Sed contingit opinari
f. 84^{ra} contradictoria simul esse vera, et non contingit hoc reprobari. Ergo 10
verum est. Minor probatur | quantum ad primam eius partem, in
incontinente qui, cum habeat rectam opinionem in universali, in parti-
culari illius universalis contradictorium opinatur, etiam opinando
utrumque in actu, sicut docet ARISTOTELES, *septimo Ethicorum*.
Quantum vero ad aliam eius partem sic probatur, quia vult ARISTO- 15
TELES in *quarto Metaphysicae* quod non contingit probare non contin-

75 praedictum] dictum *L* sunt] *om. M* 75/76 Causa prima] *inv. M* 76 defectu]
effectu *M* 77 dictum est] quod actus mali ordinati sunt a causa prima *add. L (iter.)*
78 Primi] *om. M* Principii] secundum quod est principii *add. M* 80 con-
tingens] contingentis *L* 81 qua] *PLM*; quae *leg. BAEUMKER* et *MANDONNET*.
1/3 Quod ... verificari] *suppl.*; quaestio sexta impossibilis *L*; impossibile 6 *in marg. M*
7 contingit] convenit *M (en toutes lettres)* potest] 9^t (contingit *seu* convenit) *M*; con-
tingit *L* 8 contingit] 9^t *M* 10 hoc reprobari] *inv. L* 11 verum est] hoc est
verum *M* eius partem] *inv. L* 12 habeat] habeant *L* 15 vero] *om. M* 16 in]
om. M 16/17 non contingere] *om. L*

14 ARISTOTELES, *Eth. Nic.* VII, 5, 1146 b 35 - 1147 a 4.

15/16 ARISTOTELES, *Metaph.* IV, 4, 1006 a 3 ss.

PHILOSOPHES MÉDIÉVAUX

TOME XIV

BERNARDO BAZÁN

PROFESSEUR À L'UNIVERSITÉ DU CUYO
À MENDOZA (ARGENTINE)

SIGER DE BRABANT

ÉCRITS DE LOGIQUE,
DE MORALE ET DE PHYSIQUE

ÉDITION CRITIQUE

LOUVAIN
PUBLICATIONS UNIVERSITAIRES
Muntstraat, 10

PARIS VI^e
BÉATRICE-NAUWELAERTS
Rue de Fleurus, 4

1974